



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De diuersis h[a]eresib[us], diuersoru[m] h[a]reticoru[m]. Ca. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. V.  
ANTONINVS REGNAVIT

xix. annis. Cap. VIII.

**I**Nterea moritur Antoninus, Commodus succedit imperio. Tunc Iulianus apud Alexandriam suscipit sacerdotium. Tunc Pantæus Stoicus ibidem ecclesiasticæ scholæ rector in disputatione dogmatis nostri disertissimus habetur. Qui fidei calore succensus, vsq; ad Indiam citeriorem prædicat verbum dei. In cuius diuinæ eruditionis schola Clemens Alexandrinus maxime effloruit. Tunc Narcissus præsidens ecclesiæ Hierosolymor; celebris habetur, præclarus fide & opere signorum. De quo fertur inter vniuersa eius miracula, quod miro & inaudito genere virtutis aquam in oleum cõuertit, quãdo forte in solenni die vigiliarum Paschæ oleum deesset luminaribus. Per idem tempus hostis generis humani nihil vnquã oriãgerens, diuersas & varias hæreses per singula quæq; loca suscitãt, in quibus maximum sui generis serpente[m] apud Asiam, Phrygiãq; producit, Mōtanum. Qui se paraclerum nominat, & mulieres quasdã secũ, Maximillam scilicet & Priscam, prophetissas esse velut ex sua inspiratione confingit. Hic impie docet nuptias solui, & ieiuniorum leges primus imponit. Hic Pepusam & Thymium oppida Phrygiæ Hierusalem appellat, atq; in hæc omnes congregandos decernit. Hic exactores pecuniæ statuit, & sub nomine oblati onum, munera artificiosius accipit. Hic salaria præstat prædicantibus verbum suum, vt per hoc vincti enixius eius doctrinæ præbeant operam. Sed tradit, quod tandem ipse & mulieres suæ, ipso demone quo

D

## HAYMO DE CHRISTIA.

Inspirabantur agente, diuersis temporibus laqueo vltam finierunt, exemplo Indę proditoris. Sub hoc tempore etiam in vrbe Roma, regula ecclesiasticę traditionis vexatur per Blastum & Florinum schismaticos. Sed fuere tunc per dei gratiã viri fidei & virtutis, qui tam prædictas hereses quàm schismaticos destruxere, scribentes aduersus hæc libros vel epistolas, vt Irenæus, Melitides, Serapiõ, Apollonius, & Apollinaris, & multi alij.

QVAESTIO oborta de Paschali tempore. Caput IX.

**I**Nterea præsentibus ecclesię egregijs sacerdotibus sub principe Cõmodo, Viçtor apud Romã, Demetrio apud Alexandriã, Serapione apud Antiochiã, apud Cæsareã Palestinę Theophilo, & Narcisso Hierosolymis, apud Ephesum vero Policrate, quæstio nõ minima exoritur in prouincijs Asię, veluti ex antiqua eorũ obseruatione descẽdens, quod quartadecima luna putarent omni tpe Pascha obseruandũ, quando scilicet Iudęis præcipit agnus immolari, velut necessario cõfirmantes in quacunq; die septimanę xiiii. luna venisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in alijs prouincijs nunq; obseruata fuisset vel ecclesijs. Ob quam causam cõuentus episcoporũ & concilia cõuocantur, tam apud Cæsariam Palestinę, quàm apud Romã, altercantibus Viçtore Romano põtifice, ceterisq; occidentalibus episcopis contra Asianos, & dicentibus, quod nõ liceat aliquãdo, nisi in die dñica, in qua dñs surrexit, dominicũ Paschæ celebrare mysteriũ, & in hac sola soluendum esse ieiunium.